Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36531
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



ad 20

In natura enim habemus ut agnoscamus a quo et per quem et in quo sumus creati. 20
forma quoque doctrine est in qua tradidit nos creator naturae. Hoc est quod supra
dixerat. ipsi sibi sunt lex dum uident naturae suae esse quod credunt. ut quod iudeis lex
et prophete predicant de xpo. hoc gentiles ex corde esfidant. Hinc gratias refert
domino quia cum essemus serui peccati obediuimus ex corde credentes in xpm. ut
seruiamus deo non per legem moysi sed per legem naturae. Humanum dico. propter
infirmitatem carnis uestre. Dum infirmitatem carnis memorat. minus se sig
nificat exigere ab homine quam dignum est in dei cultura. Sicut exhibuistis
aut membra uestra seruire inmundiciae et iniquitati ad iniquitatem. ita nunc
exhibete membra uestra seruire iusticiae ad sanctificationem. Cum utique ppensius de-
beret seruire deo quam diabolo. quippe cum hic salus. illic damnatio operetur.
medicus tamen spualis non plus a nobis exigit. ne forte graue nobis esset. et
occasio nobis daretur timoris accedendi ad fidem. Cum enim serui essetis
peccati. liberi eratis iusticiae. Quem quoque fructum habuistis in illis. in quibus nunc
erubescetis. Nam finis illorum mors est. Manifestum est. quia quisque liber est a deo.
et seruus peccati. Dum peccat enim recedit a deo. et fit sub peccato. Quales quoque
sint fructus peccati. in quibus dicentes bona uita effundimur. eo quod ducum
turpitudinem uiuerimus. Ecce maculosa libertas. et in turpitudine obligata.
cui opus mercede habet. cui finis mors. fine dicit certum uitae actum.
cui aut mors aut uita succedit. Sed huic fini mors. a morte enim ad mor
tem transit. Nunc autem liberati a peccato. serui facti dei. habetis fructum ut sanctum
in sanctificatione. fine autem uitam aeternam. hoc est si accepta remissione peccatorum
bonorum actuum emuli fuerimus. adquirimus scientiam. fine autem habebimus id est
certum uitam perpetuam. a morte enim hac quam fine dixit transimus ad uitam
quae sine fine est. Nam merces peccati mors est. Quesitum peccatum mortem
dicit. quia per peccatum mors. Ac per hoc qui de cetero abstinent se a pecca
tis. stipendium accipient uitam aeternam. Qui autem non peccant. alieni sunt a morte
secta. Gratia autem dei uita aeterna. in xpo ihu domino nostro. Sicut enim sequentes pec
catum adquirunt mortem. ita et sequentes gratiam dei id est fidem xpi quae donat
peccata habebunt uitam aeternam. et gaudebunt se ad tempus dissolui.
scientes se hanc uitam assecuturos. quae et omni tedio carent. et successione
non habeat. quam sanctus symeon exoptans petit se hinc dissolui. Quam pacem
dicit. id est uitam per quam nullam patiatur inquietudinem. et hoc donum a deo per
xpm nobis datum dnm nrm testatur. ut deo patri gratias per nullum alterum
nisi per filium suum agamus. An ignoratis fratres scientibus enim legem loquor.
Vt animos illorum firmet in doctrina diuina. exemplo legis humanae
abutitur. ut per terrena suadeat ad celestia. sic et a mundi creatura